

05


A

1392





7



D E C A S
Quæstionum Illustrium
ETHICARUM

De
ACTIONVM HVMA-
NARVM PRINCIPIIS,

Q V A M
SVB AVSPICIIS
SACROSANCTÆ TRINITATIS,

ET
PRÆSIDIO

M. GEORGII OBERLA
PLAVIA-VOITLANDI, AMPLISSIMÆ
FACULT. PHIL. ADIVNCTI.

Domini Collegis suis examinandam exhibet


MARTINUS RITTERUS FRAN-
cohusanus Thuringus.

Ad diem 31. Ianuar. horis locoq^{ue} consuetis.

Augustinus.

*Bonum opus fiat non timore, sed amore, non formidine pœna, sed d. le-
ctione justiciæ; Ipsa enim vera, & summa libertas est.*

WITTEBERGÆ,
Typis M. Georgij Mülleri, Anno M. DC. XVI.



VIRIS

Reverendo, Clarissimis, Amplissimis, Prudentissimis, Consultissimis, rerumque Politicarum usu longè præstantissimis, excellentissimis

Dn. HEINRICO ECKHARDI,
SS. Theolog. Doctori, & Superattendenti
Schvartzburgico vigilantissimo.

Dn. ERASMO Wurubem/ I. V. D. In alma
Leucorea ad Albim Professori Publico, ibidemq;
Dicasterij Saxonici, uti & Scabionatus
Electoralis autoritate Synedro celeberrimo.

Dn. CONSULIBVS, ET SENATORIBVS
inclutæ Reipublicæ Franconhusanæ
dignissimis.

Dn. MARTINO RITTERO CONSULI
Reipubl. ejusdem loci meritissimo.

ET:

Dn. MAVRITIO RITTERO, PRACTICO
ibidem conspicuo.

*Dominis meis Promotoribus, Præceptoribus, Fautoribus,
Parentibus, & Fratri summâ animi reverentiâ, &
observantiâ perpetim colendis.*

Hanc disputationem Ethicamⁱⁿ debitæ gratitudinis
& observantiæ *ἱερῶν* submissè & devotè
quia debeo, sic offero, & dedico.

Martinus Ritter,
Autor, & Respondens.



05 A 1392



Σὺ τῷ Θεῷ δόξα.

QVÆSTIO I.

*Q*uotuplicia, & qualia sunt actionum humanarum principia, ex quibus virtus creatur?

Nominibus æquivocis non declaratis, intellectus non iter indeterminatè se habere cogitur; inquit philosophorum Coriphæus lib. 1. de cal. §. 10. Et lib. 3. Metaph. c. 4. Vox ambigua nihil significat, nihil certi, & distincti menti repræsentat; De actionum igitur humanarum principis dum disputare cum DEO annitimur, necesse est prius τὸ πρῶτον, seu actionis terminum examinare, ne ambiguitate non excusâ qua teste Scalig: Exercit: 300. sect. 1. nihil absurdius, est enim erroris affinis, in auras pugnemus. Actionis autem vocula est latissima, & diversimodè accipitur. (vid. Dana: 1. Eth. Christ: c. 4. p. 9. & seqq. Piccol. gr. 2. Philosoph. mor: c. 9. p. 160.) Sumitur enim vel latè, vel strictè. Latè, minusq; propriè sumpta, non tantum animæ rationalis, verum etiam sensitivæ, appetitivæ, & locomotivæ, quin etiam facultatis vegetativæ; Itemq; non tantum πρῶτον, sed πῶτον, & mechanicam; Immo etiam omnium earum rerum, quæcunq; necessitate physica sunt, aut necessario fiunt, operationam ambitu suo continent. In stricta verò significatione ACTIO HOMINI TANTVM attribuitur, & Moris dicta propriissimè eam tantum hominis actionem designat, quæ homini convenit, ut HOMO EST, hoc est, quæ à mente practica, conscientia, & voluntate ratiocinantis animæ descendit, ac vitæ morumq; honestatem, ac felicitatem practicoam concernit: Quocirca proscribimus actiones naturales, & animales: V. G. τὸ nutrire, crescere, edere, cibum potumq; appetere, dormire, videre, audire, mori, vivere, &c. nisi quas tenus eæ aliquid Ethicum aut morale conjunctum habeant, in quo scilicet rationis

tionis ac voluntatis usus ac praescriptum aliquod intervenit; Eodem modo τὸ
 προαιτιον quoque sumitur, vel generatim (ubi includit, & τὸ πολιτικόν, &
 τὸ ποιητικόν, seu ποιησις illa sit literata, ut quando Medicus curat, seu sit
 illiterata, qualis opificum est) vel speciatim, ubi τὸ πολιτικόν tantum deno-
 tat. Et ut diximus eas tantum actiones hominis sub disputationis incudem
 hac vice revocamus, quae moris dicuntur, è quibus virtutis, aut vitii alicujus
 impressionem, ac formam contrahimus, & ex quibus bene, aut male miratorum
 axiomata nobis comparamus. Ceterum principia harum actionum quod
 attinet, licet secundum Scalig: Exercit. 307. s. 27. actiones multas habeant
 causas, cum philosopho tamen earum statuimus quatuor: Spontaneum, &
 invitum, Consultationem, electionem, voluntatem, lib. 3. Eth. c.
 1. Iacob. Mart. disput: Eth: 3. th. 1. Et quia brevioribus nobis spaciis deambu-
 landum esse novimus, cum nonnullis eas ad duo quasi generalia capita revoc-
 abimus, videlicet ad noticiam rei agende, & voluntatem agentis: Oportet
 agentem scire, quid agat, & id ipsum quoque velle: Et ut d. lucidius illud appare-
 at, nonnihil explicatius quod intendimus, dabimus; Distinguntur actiones
 primò vel ratione cognitionis actiones si quidem dicuntur fieri, vel à
 scientibus, vel ab ignorantibus: Deinde vel ratione voluntatis:
 Et sic proclamantur fieri actiones, vel à volentibus. Vnde volun-
 tariae, & spontaneae oriuntur actiones, vel dicuntur fieri à non vio-
 lentibus hoc est invitis, & coactis; Inde propullulant actiones invitae
 & coactae, quae nonnullis aliquando vocitantur violentae. Arist: d. lo. De
 23. Piccol. gr. singulis seorsim videamus; At brevibus; Et quidem, quia à natura clarioribus,
 2. c. 12, Et Iacob. Mart. & apertioribus incipiendum, placet cum Philosopho ab invito, tanquam notio-
 d. lo. ri, auspiciam facere; Dicitur autem invitum, quod quispiam aut vi coactus,
 & x' σ' 10v aut per ignorantiam admisit: Ex cuius descriptione duplex elicitur invi-
 lib. 2. Eud. tum. Violentum: Cuius principium est extra agentem, adeo ut is, qui agit,
 c. 1. vel patitur, planè nihil adjuvamenti ad illam actionem conferat: E. G. Si quem
 βία 10v ventus impulerit in scopulum: Violentum dispescitur in α' π' λ' ω' σ' violentum,
 1. M. M. 15. Cuiusmodi id, de quomodo dictum; Et κα' α' β' γ' δ' ε' ζ' η' θ' ι' κ' λ' μ' ν' ο' π' ρ' σ' τ' υ' φ' χ' ψ' ω' Cuius principium, cum in
 Idem d. lo. nostra sit potestate, & res per se mala videatur, adeoque minimè eligenda, re-
 3. Eth. 1. ca- spectu verò circumstantiarum bona, & eligenda censetur. Vnde tertium pro-
 sus lib. 3. c. 1. fluit, nimirum mixtum, quia partim voluntarium, partim invitum: Ut
 Donalds. l. 2. cum viator latronibus pro redimenda vita promittit certam summam pecuniae;
 c. 6. Atque hoc genus actionum magis ad voluntatem, quam ad vim propter impul-
 sionem videtur accedere, voluntas enim cogi, & impelli non potest: Casus spec-
 mor: lib. 3. c. 1. p. 142. De his fusius quaest: sequitur nunc invitum peri-
 gnoran-

Idem. d. lo.
 lib. 1. M. M. c.
 23. Piccol. gr.
 2. c. 12, Et Iacob.
 Mart. d. lo.
 & x' σ' 10v
 lib. 2. Eud.
 c. 1.
 βία 10v
 1. M. M. 15.
 Idem d. lo.
 3. Eth. 1. ca-
 sus lib. 3. c. 1.
 Donalds. l. 2.
 c. 6.

ignorantiam, cuius prima differentia sumitur ab adjuncto: Factum enim
 per ignorantiam, vel subsequitur dolor, & dicitur, ἀγνοία ἐπιλυτικός, Piccol. gr. 2.
 vel non, & vocatur ἀλυπος: Prior excusatur, posterior nequaquam: c. 13. Riccob.
 Secundum discrimen sumitur à persona. Sic Philosophus: Discrimen est in- lib. 3. c. 1. Ia-
 ter esse ignorantem, & agere per ignorantiam: Tertium discrimen cob. Mart. d.
 sumitur ab objectis: Alia enim ignorantia καὶ ὅλῃ Universalis, vulgò i. disput. 3. th.
 gnorantia Juris, cum quis ignoret finem suæ actionis; Alia καὶ ἑκαστῇ 13.
 particularis, & ignorantia facti, quando ignoramus singulares quasdam Arist. 3. Eth.
 circumstantias, in quibus totius actionis vis præcipuè consistit, quas ipse agens 2. Picc. gr. 2.
 ante actionem, nec prævidere, nec præcavere potuit: quæ à quibusdam dicitur & c.
 affectata, Supina, Crassa. L. Nec supina 6. ff. de iur. & fact: ignorant:
 Item L. Servius 4. ff. quod aut clam. Et negligentia summa L. regula est 9. §.
 sed facti 2. ff. de iur. & fact: ignorant: Et nov. 66. De quibus prolixius in Arist. lib. 2.
 serius. Atq; hæc de actionum adjunctis, nim: de invito, & ejus speciebus, de cel. c. 3. de cal. c. 3.
 ex cuius doctrina explicata facillimè spontaneum cognoscere licet; Quia Con- Item in Top.
 traria contrariis dignoscuntur. Relinquitur E. quod invitum sit id, 3. Eth. 5. Do-
 cuius principium est in volente, & sciente: Sequuntur nunc principia nold. li: 2. c. 6
 actionum scilicet: Libertas arbitrij, voluntas, deliberatio, & ele- Gol. 3. Eth. c.
 ctio. Electio est præmeditata appetitio eorum, quæ in nostra sunt pote- 3. Iacob:
 state, aut per nos possunt fieri; Consultatio, seu deliberatio ἢ βεβλευσις, Mart. disput.
 quæ est diligens inquisitio mediorum, per quæ in agendo ad finem propositum Eth. 3. th. 24.
 perveniri posse videtur. Objectum ejus βεβλευσις Consultabile. Cur autem & seqq.
 dicatur inquisitio hoc sit propter triplicem differentiam: 1. Enim differunt, ut Gol. d. lo. p.
 genus, & species. 2. Objectis. 3. fine. Differt itidem consultatio ab electione 1. 118.
 Materia. 2. Tempore, 3. Subjecto. Tandem consultatio, & electio differunt à Serò sapiunt
 voluntate in eo potissimum, quod illa versantur circa media, per quæ ad fi- Phryges.
 nem actionis possumus pervenire; Voluntas verò solum est ipsius finis, 3. Eth. 6. Gol.
 quem simpliciter, tanquam bonum quoddam volumus, non au- lib. 3. c. 4.
 tem de eo consultamus. Hinc Salustij illud notatu dignissimum, probe Philos. 3. Eth:
 probeq; sub oculos collocemus: Antequam incipias consulto, & post- 6. Cas. lib. 3.
 quam consulueris, maturè factò opus est. c. 4.

Superest voluntas, quæ est boni, vel veri vel apparentis
 cum ratione appetitio. Objectum ejus est omne bonum, sive sit verum,
 sive apparens, quia nemo, qui sana mente est præditus vult malum, quatenus
 malum, propterea, quod malum est; Φθαρτικόν, id est adfert interitum
 suo subjecto, cui adest. Sed de his satis, progrediamur ad specialiora: Sit

QVÆSTIO II.
*An actio mixta potius dicenda voluntaria,
quam invita?*

Casus lib. 3. spec. moral. c. 1. p. 194. ait: voluntas cogi, & impelli non potest: Vnde questio oritur: qualis sit actio, quando quis E. G. metu naufragii merces euiciat? At Respondet philosophus 1. Eth. 3. Eam neq; purè voluntariam, neq; puram involuntariam, sed ex utrisq; mixtam esse; Si enim consideretur respectu causæ finalis, ob quam, & temporis, quo suscipitur magis erit voluntaria, quàm invita; Agenti enim inter duo datur optio, unde electio in ipsius est potestate. 2. Principium actionis est in agente. 3. propter hanc laudatur, vel vituperatur. Sin verò considerentur in se simpliciter, & absolutè, magis erit invita, quàm voluntaria; cum sponte eam nemo susciperet. Quibus observatis, quomodo ICTORVM diuoribium illud: Coacta voluntas est etiam voluntas: (Vult: ad S. sequens Instit. de obligat: n. 19. VVes: in π. ff. quod metus causa n. 2. Sagittar. q. illustr. Philosoph. Decur. 4. quest. 5.) procedat, ariolari non erit difficile. vid. Philosoph. d. lo. Sagitt. Ex: Eth. Exot. 4. th. 8. p. 106. Philosoph. l. 3. Eth. 6. 1. Cas: d. lo. Iacob. Mart: disput. Eth. 3. th. 8.

QVÆSTIO III.
An iucunda sint violenta?

Hoc cum Philosopho lib. 3. Eth. c. 1. affirmare ἀπορον esse statuimus; quia hac ratione omnes actiones humanæ, quas ultrò & volentes suscipiunt, essent violentæ; Sicq; nulla relinqueretur libertas hominum, cum quælibet actio secum, vel præsentem, vel subsequituram adferat voluptatem. 2. Quia omnia violenta sunt molesta. 3. Ad violenta difficulter pertrahimur: 4. Sic honestæ actiones essent invitæ dicendæ, Cum tamen illis maxima iucunditas inesse deprehendatur. 5. Violentum est cuius principium est extra agentem, & ad quod is, qui vim patitur nihil adiumenti confert; Turpes verò actiones, quibus inest voluptas, non habent externum principium, neq; etiam ipse agens nihil adiumenti confert ad eas. Iacob. Mart. disput. Eth. 3. th. 11. Hic nihil obstat, quod quidam dicunt, se à natura victos, hæc perficere debere; Distinguiamus enim inter naturam ipsam, & naturæ corruptionem, seu habitum acquisitum, & malam naturæ consuetudinem. Casus lib. 3. c. 11. p. 236. Tandem frustraneæ, & iniuæ erunt LL. & pena, si in
nostra

nostra potestate non est malum peragere, & à malo abstinere. Phil. l. 3. Eth.
c. 5. Scal. Exercit: 307. f. 25. Dana. 1. Eth. Christ: c. 22. p. 93. Goclen. qq. 21.
Casus d. lib. 3. c. 1. p. 153.

QÆSTIO IV.

*An ira, amoris vehementia, cupiditas, aut ali-
qua alia vehemens animi perturbatio delis
Etum excuset?*

Nos cum Philosopho negativam defendimus, hisce potissimum freti rati-
onibus; Quia & principium internum, & actionem voluptas sequitur. 2.
Eud: 7. l. 3. Eth. c. 4. lib. 1. M. M. c. 14. Insuper externa non uno modo
impellunt ad operandum agentem, alias enim cogunt ad modum
efficientis, vel ad modum objecti, qua ratione color undiq; circumfusus
oculum ad videndum cogit: Et bonum propositum appetitum ad appetendum
necessitat. qui modus etiam cum spontaneo consistit: Hinc & violenta actio o-
mnem ad sensum negat. Hunn. disput. Eth. 5. theorem. 2. Deinde quia aliàs
nec bruta, nec pueri sponte agerent, cum omnia ex affectibus agant. 3. sequere-
tur multas quoq; honestas actiones ex bono etiam affectu ortas esse invitias
& ἰσχυρὰ. 4. Omnia invita sunt λυπηρὰ E. & ista singula molesta; Eorum
principium est in homine; E. non invita. E. non excusanda, vid. Thomas. 1. 2. q.
6. arti. 2. & 7. Iacob. Mart: disput. Eth. 4. th. 12. Gol. lib. 3. Eth. c. 1. p. 104.

QVÆSTIO V.

An volenti possit fieri injuria?

Distinguunt hic nonnulli inter voluntatem plenè liberam &
quasi restrictam: Priori modo si accipiatur, certum est, volenti non fieri
injuriam; Quia injuriam facere est ἐκ τῶν ἰσχυρῶν, quiddam involuntarium; Ideo
ejus contrarium id est injuriam pati est ἀκτῶν ἰσχυρῶν, quiddam involuntarium;
Contrariorum enim contraria attributa; Phil. lib. 5. Eth. c. 9. p. 213. Cas. lib. 5.
c. 9. p. 385. & 388. Rectè igitur idem Philosophus hoc loco dixit: Origo
libertatis in ratione est posita; Nam utrumq; aliquis hoc, vel
illud agat, rationis opus. Piccolom. gr. 2. Philos. moral. cap. 43. p. 236.

Sic. Ari-

Si restricta, & quodammodo invita; Sumatur falsum, potest enim sic volenti, vel potius consentienti, & propter malum aliud; Hoc pro tunc (Piccol:) eligenti, aliter electuro si licuisset, accidere injuria; Vi E. in voluntarie est voluntas, ita in involuntarijs est noluntas; Rem accuratius decidendo, & in pauca contrahendo; Potest quis aliquid velle 1. Voluntate tacita: quando simulat se rem velle aliquam, tentandi solam gratia, 2. Voluntate non integra, nec supra totam actionem Cadente, 3. Voluntate ligata, & nondum rationis compote vel in libertate propria constituta. 4. Voluntate conditionata; Iam subsumo: Volenti voluntate expressa integra, libera, & simplici, non fit injuria: Contra volenti voluntate tacita, non integra, nec libera, nec simplici potest inferri injuria: Sagitt. Exercit. Eth. Exot. 4 th. 5. p. 104. Et seqq. Timpl. Phil. Moral. lib. 3. c. 10. quest. 33. p. 304.

Q V Æ S T I O VI.

An infantes Consultò agere possint?

Ad hanc questionem cum Arist. lib. 3. Eth. c. 2. negativè respondemus: qui eis praelectionem denegat, dum usurationis sunt destituti, Sed ne videamur eis omnem simpliciter consultationem denegare; Euge distinguimus inter facultatem operantem, & quiescentem, inter ipsam ratiocinationem de qua dici potest consultatio, & vim ratiocinandi, de qua negamus; Hæc siquidem natura, & innata, actuq; primo, illa verò collecta & cognita, actuq; secundo, vel deniq; inter potentiam & usum voluntatis; Et quia actu secundo pueri propter imbecillitatem ætatis carent, iccirco de illis consultò agere, dici minimè debet; Sed solum actus primus predicari potest. Philosophus d. 10. Casm: in Ψυχολ. c. 6. q. 3. Sagitt. E. E. 4. th. 3. Casus spec. mor. lib. 3. c. 2.

Q V Æ S T I O VII.

An Electio brutis competat, & num voluntariò agant?

Scal: E. 307. s. 4. Voluntas ἐν τῷ λογικῷ in homine: Bruta E. non dicuntur velle, i. e. praelegere, sed instigare; Si verò generaliter accipitur eligere, tunc brutis quidem attribui potest, sed minus proprie: Piccol: gr. 2. Phil. mor. c. 26, p. 190. Arist. lib: 2. Quot. Cont: 59. Eligit canis panem, deserit aurum, idq; facit sine Consultatione, solo sensuum judicio, & imaginationis, conferente instinctu quodam nature: Vnde æquivocationis vitanda gratia Piccol:

Piccol: d. loco: $\pi\rho\alpha\iota\gamma\epsilon\sigma\omega$ praelectionem, quàm electionem dicere mavult;
Vbi enim datur electio, ibi datur potentia ad utrumq; oppositorum indetermi-
nata; Vbi verò eam in brutis monstrabis? Arist. 9. Metaph. q. 5. & Iavell: 9.
Met: q. 5. Et ubi nulla datur ratio, ibi nulla quoq; electio, quippe
quam praecedit consultatio, & deliberatio; Illa verò non est sine ratione. Hinc
dicitur instinctus à natura, sicut à DIS afflatus; quippe quod sponte fit id &
voluntario fit; Scal: E. 140. f. 1. E. 55. f. 1. Praeterea quia sunt rationis expertia;
praelectio autem fit rationis ductu, L. 1. D. si quadrup. paup: sec. dic: Ergo.
Quod autem ex quorundam, ut Plutarchi: Charonei, Porphyrij, Galeni, &
Valla opinione ratio attribuitur feris falsum: quo nihil absurdius statui potest.
Sic enim homo à ferarum genere non secerni posset. Piccol d. lo. vid. Philosoph.
Thomas, Durandus, Tataretus &c: Cur verò DEUS bovem, hominem interfici-
entem lapidibus obrutum voluerit. Exod: 21. in conflictu exponemus.

QVÆSTIO VIII.

An ignorantia excuset factum?

Extremæ dementiæ est, inquit Casus spec: mor. lib. 3. Eth: c. 8.
p. 151. dicere, non putaram; at majoris insaniæ est post scelus com-
missum dicere ignoraveram; Errare quidem humanum, Ignorare au-
tem non debemus: quia est peccatum; tam enim abest à venijs crassa ignoran-
tia, quàm distat à virtute magna malitia. Verùm vocabulum ignorantia non
uno duntaxat modo sed multifariam accipitur; Ignorantia enim alia 1.
Nativa, ut in servis, & infantibus à natura, quæ quodammodo excusat pec-
catum, quia non est voluntaria, 2. alia in vita in benevolentibus, sed non va-
lentibus scire, & operari bonum, (ad hanc analogicè referrè potest pri-
vativa: Et talis ignorantia excusat errorem; Alia deniq; crassa seu su-
pina, ex adverso in benevolentibus, sed non volentibus scire, & operari bo-
num: Et ista ignorantia longè abest ab excusando peccato, nam ipsa est pecca-
tum, quod autem hæc ipsa aggravat peccatum, ex hisce liquet, quia fit 1. Ex Soo-
cordia, ut in otiosis. 2. Ex Philautia, ut in superbis. 3. Ex malitia, ut in
desperatis, quorum vox est: Scientiam viarum tuarum nolumus: Ne E.
delinquamus in omni vitæ actione singulas circumstantias, quæ hocce versicu-
lo continentur:

Quis, quid, ubi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando, diligenter
rutinare, plurimum crede juvabit: Conser. quest. nost. 1. & Thomam 1. 2.
q. 6. Philosoph. lib. 3. Eth. Nicomach. c. 1. Tataretus in comm: in lib. 3. Eth.

B

Sagittæ

QVÆSTIO IX.

An homo habeat liberum arbitrium?

August: Homo in malo habet liberum arbitrium: Cui adsentitur Phil. 1. 3. Eth. c. 5. Non solū virtutes hoc est bene agere, sed etiā vitia, hoc est male agere, sunt in hominis arbitrio; Verum ulterius antequam progrediamur, vocabulū arbitrij, quod ambiguitate involutum explicemus; Dupliciter autem accipitur vel ut est ante lapsum; vel ut post lapsum; Si ut ante,

Arbitrium in liberum erat in omnibus, ita ut ad utramq; partem inclinare potuerint, & bono statu integritatis erat liberum in corruptionis servum, in renascentia liberatum in altera vita liberissimū

num & malum agere, uti liquido patet ex historia Adami: Gen: 3. Vbi DEUS Satanae solummodo permisit, ut tentatione erga Evam, ut illa periclitaretur, & exerceret vires suas, uteretur. Luth. Com: in Gen: d. 10. Exinde E. dilucidè apparet, quod Eva non fuerit ad malum coacta aut destinata, sed usa libera voluntate: Si post lapsum iterum ipsa Subjecta invicem debent distingui: Illa enim quæ voluntati eligenda subjiciuntur, sunt vel politica, ut diffutare, Ecclesiastica actiones, ut templum adire. &c. Hac & similia hominis arbitrio mera libera relicta, & concessa, etiam non renatis: Atq; hac ratione progreditur Philosophus, dum astruit d. lo. hisce utens argumentis: Et 1. demonstrat hoc ipsum ex loco causarum: Quorum causa, & principia in hominis arbitrio, & potestate &c. Secundo probat à fine LL. & factō legumlatorum. Etenim si virtutes, & vitia, item bene, vel male agere non sunt in hominis arbitrio, & potestate, frustra feruntur LL. quarum finis, homines exhortari ad virtutes, dehortari à vitijs; Iam verò virtutes, & vitia sunt praeligentis, praeligens verò agit libere; alioqui si aberraret, culpa esset impellentis, seu cogentis, & qualis deliberatio de iis, quæ in nostra potestate non sunt: Injusta quoq; bonis præmia & honores, malis verò pena & supplicia proponuntur; Si quidem in ipsorum arbitrio, & potestate non positum est talia agere. Et quod majus, si homini libertas denegaretur, frustra eidem ratio attribueretur, quippe quæ hoc sine homini collata, ut quid fugiendum, quid appetendum, Ex collatione rerum ad invicem animadverteret; Neq; hic libri obscuri mihi scrutandi, unde discam, neminem vituperatione suppliciove dignum, qui id non faciat, quod facere non potest. Nonne ista cantant & in montibus pastores, & in theatris poetae, & indocti in circulis, & docti in bibliothecis, & magistri in scholis, & Antistites in sacris locis, & in orbe terrarum genus humanum:

manum. Ait August: lib. de duab. anim. Valeat E. inevitabile istud Stoico-
rum fatum: Exulet Symbolum Stoicorum: Quod fore paratum est, ne
summus quidem Juppiter mutare potest. Fato sum furatus, ait
ille, cum ad patibulum duceretur: cui rectè alter: Fato E. suspenderis:
Quin potius obtineat illud Philosophi: $\Phi\eta\omega\iota\nu\ \kappa\alpha\iota\ \alpha\pi\epsilon\tau\eta\ \sigma\mu\omega\iota\omega\sigma\ \delta\epsilon\ \kappa\alpha\iota\ \eta\ \kappa\alpha\chi\iota\alpha.$ 3. Eth. 7. confer. Exod: 35. §. 5. Num. 30. 1. Par: 29. à. §. 11: Ios. 24.
§. 15. 2. Sam: 24. §. 12. Act: 5. §. 4. & c:

Sequitur nunc alterum subjectum, quod voluntati eligendum subji-
tur, nempe Spirituale internum, quale in opere justificationis, & in con-
versione hominis peccatoris coram Deo occurrant: Iam verò homo ad bona pla-
nè mortuus est, & sine Deo nihil potest: Chemnit: p. 1. Exam: Concil: Trident.
fol: 122. Sagittar. E. E. E. 4. th. 2. p. 85. 1. Cor. 3. Non sumus idonei de nobis
ipsis cogitare quicquam, tanquam ex nobis ipsis, sed si aliquid idonei sumus, id
est ex Deo, Idem: 1. Cor. 4. Quid habes, quod non accepisti? Quod si accepi-
sti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Gal. 1. 3. Eth. c. 5. p. 128.

QVÆSTIO X.

An Ebrietas Concessa, & num ea sufficiat ad excusandum delictum.

August: ad sacras virgines: Ebrietas est flagitiorum omni-
um mater, Culparumq; materia, radix criminum, origo vitiorum,
turbatio capitis, subversio sensus, tempestas linguæ, procella cor-
poris, naufragium castitatis, amissio temporis, insania voluntaria,
ignominiosus languor, turpitudine morum, dedecus vitæ, honesta-
tis infamia, animæ corruptela: Ex quibus sanctissimi illius viri verbis satis
superq; apparet, quid de ebrietate statuendum: vid. Schonborn: Polit. lib. 2.
c. 23. p. 180. Sed quia in terminis ambiguitas quedam latet, eam primum vi-
deamus, & deinde brevissimis respondeamus; Distinguiamus igitur hic inter
EBRIETATEM Drunkenheit & Ebriositatem verdrunkenheit gewohn-
heit voll zu sein; Illa adhuc tolerari potest, unde veteres concedebant poculum
necessitatis 1. Tim. 5 §. 23. Col: 2 §. 23. Hilaritatis Eccl. 9. §. 7. Et ebri-
etatis. Næ E. Si dederis necessaria, refocillabitur; Sin superflua, affligetur. &
debilitabitur. Hæc omninò improbatu tū propter mandata, tum incommoda:
Mandata: Divina Es. 5. v. 11. Habac: 2. v. 5. Eccl: 19. v. 1. 23. v. 6. Luc. 21. v. 34
Rom: 13. v. 13. 1. Cor. 5. v. 10. Gal. 5. v. 21. Ebr. 12. v. 16. Polit: In des Reichs
Abschiedt: Augusta anno 1516. f. 67. Colonia anno 1512. Augusta iterum à

*Carolo V. anno 1530. f. 270. Vi & in der Policey Ordnung tit. 8. f. 277.
 Constit. Electoral. Saxon. tit. Von uermessigem Trincken/ repetita ab Au-
 gusto anno 55. p. 12. Quibus ebrietas habitualis (ut à D. Arumao Exero-
 cit. Institut. 12. th. 8. p. 9 24. appellatur) serio improbat: De Germanis sic
 scribit Tacitus f. m. 642. Diem noctemq; Continuaré potando, nulli probam
 in hac gente. Egregium, si placet, elogium; Solch Laster hat den Teutschen
 bey allen frembden Nationen merckliche verachtung/ vnd verkleinerung
 verursachet / ait Maximil. Imperator in der Policey ordnung anno 1577.
 tit. Von uermessigen trincken; Et Philip. Melanb: Vier Teutschen wir
 Fressen/ vnd Sauffen vns arm/ vnd Kranck/ vnd in die Hell hinein &c.
 At quænam propullulant inde incommoda? Sanè plurima, quæ & animum, &
 corpus concernunt; Animum: Ebrietas enim mentis inducit exilium, & li-
 bidinis procreat incendium, c. à crapula. 14. Ext. de vita & honest: Cleric.
 c. deniq; distinct: 4. Vbi Ebrietas, ibi libido dominatur, & furor c. venter. dist.
 35. c. ante omnia dist: eadem: In DEum est contumeliosa, estq; voluntaria in-
 sania: Coler: proc. Exe. 1. c. 8. n. 83. & 84. Corpus: Ex ebrietate namq; &
 nimia intemperantia multi morbi tum excitantur, tum cumulantur; Sagit-
 tarius distinguit inter ebrietatem profundam Sarovoll/ da man von seinem
 Sinnen nicht weiß/ & ebrietatem superficialiam, Germanis ein Christlich
 oder Theologisch Reuschen/ quæ ultima si non laudari, tamen excusari po-
 terit. Confer Psal. 65. §. 11. 104 §. 16. 2. Esd 2. 8. §. 9. Prov. 3. §. 6. Hag. 1. §. 6. Gen.
 43. §. ult. Iohan: 2. §. 9. Gesner: Sup. 9. c. Gen. f. m. 224. & sup. 43 f. 270. Et hæc
 concedenda; Tum sanis imprimis, senibus, & in matore constitutis:
 Sen. lib. d. tranq. anim: in f. Salom: prov. 21. v. 6. Tum ægrotis, sed pro
 conditione morborum. Nunc ad alterum questionis membrum nos ac-
 cingamus. Vbi queritur: Num ebrietas delicti veniam mereatur: Vbi
 hisce duobus bene observatis & attentis facile responderi poterit: nim. Qualis e-
 brietas? Et qualis peccantis animus: nū sepe, num affectatè, vel raro vel
 præter intentionem ebrietatè contraxerit. Qualis E. erit, & Ebrietas, & peccan-
 tis animus, taliter est pœna etiam & mitiganda, & exasperanda, vel duplican-
 da: Atqui hoc loco notetur, illud ICTORVM: Ebrietas excusari à tanto,
 non à toto. Sanè Puttacus, si quis ebrinus peccasset, duplici modo eum punien-
 dum esse lege cavit. 1. propter ebrietatem. 2. Propter delictū commissum: c. Sanè
 c. inebriarunt: 15. q. 1. Piccol. gr. Phil. mer. 2. c. 21. p. 182. Sagitt. E. E. E. 9. th.
 & Gerhard: Polit. q. 6. q. 5. Sed relinquamus medicos fratres, & subsistamus.*

DEO CREATORI IUBILATIO.

Eximio



Eximio Iuveni Dno. Marti-

no Rittero, amico suo per iucundo, Ethicè
disputanti.



Non obscuratui dudum, MARTINE, vigoris
Signa dabas, nobis cum domus una foret:
Ipse etiam de te tum nil nisi magna putabam,
MARTINE eximiis semper amate viris.
Exitus omne probat: nec me mens enthea fallit.

Prodis enim ingenii jam monumenta tui.
Inclutavis animi sub parva pectoris urna
Scilicet ulterius non latitare potest.
Acriter ô stadium quod curris currere pergas
Quodq; facis studium continuare bonum.
Dijq; dunt longos vivas ut jugiter annos:
Nam patri, & patriæ, quod decus adjicies?
Acclamabam.

M. Christianus Gassarus

Druidianus Variscus.

Eidem.

TU quoq; bella paras RITTERE, sed Ethica bella:
Bella tuo digna en! nomine, digna viro.

Nec vis Iudicio tenebroso accedere vulgi:
Artis non MARTIS pullus at esse cupis.

Propugnas verum; Sectaris justa, nec ulla
Bella verant animum vera adamare tuum.

Sic perge insigni Phœbus virtutis alumno
Digna BRABEA feret; læta tropæa Canet.

Cuiq; bono es similis RITTERE, quid amplius addam?
Nil opus ecce! BONO te similem esse, sat est.

M. Theophilus Pistorius Ioachimo-Vallensis.

B 3

Amico.

Amico Dno: Respondenti.

Virtus ingenium nudat, cui turpe relinqui est,
Ut teneat, si non prima, secunda tamen.
Sic vis es tecum Sophiæ monumenta volutans
Cumq; alijs acuens linguam animumq; foris.
Principiis insta: Via sic tibi trita paratur
Aggredier facili civica jura pede.
Expectans hederæ victricis præmia tandem
In patrium redeas gratus ab arte solum?

*Johannes Michael Degenert
VVeiffensehe - Turingius.*

Eidem:

*Martis non Mortis proles, non Martis ut artis
Palladis, & Soboles, Pieridumq; decus.*

Martis eques non immeritò Martine vocaris:
At magis almus eques Pegasi, Martine, Caballi,
Rectè etenim vincis Pindum non Marte, sed ARTE;
Tu Perseus alter Pegaso quoq; nubila findis
Ipsum Parnassum superas Martine supremum,
Nec retinet sudor, nec nubes, nec labor ingens
Usq; adscendisti, dulci & requiescis in umbra
Scilicet in pratis Musarum, & Apollinis hortis,
Rectè huic immundo mundo mundana relinquis
Immortale decus quæris nomenq; perene.
Tandem etiam palmam victor portabis ab alto
Turbine Parnassi, jam multa incommoda perfers
Et semper gaudes genij depromere fœtus,
Ritter perge precor, superabis culmina Pindi
Vinces inscitiam tandem, & portabis honorem
Sic semper vives etiam post fata superstes.

Fausæ acclamationis Ergò ludebat.

Guilhelmus Fischerus Francohus: Thuringus. F.

16.

16.

05 A 1392


ULB Halle 3
003 781 291



1017







D E C A S
Quæstionum Illustrium
ETHICARUM

De
ACTIONVM HVMA-
NARVM PRINCIPIIS,

Q V A M
SVB AVSPICIIS
SACROSANCTÆ TRINITATIS,

ET
PRÆSIDIO

M. GEORGII OBERLA
PLAVIA-VOITLANDI, AMPLISSIMÆ
FACULT. PHIL. ADIVNCTI.

Dominis Collegis suis examinandam exhibet
MARTINUS RITTERUS FRAN-
cohusanus Thuringus.

Ad diem 31. Ianuar. horis locoq₃ consuetis.

Augustinus.

*Bonum opus fiat non timore, sed amore, non formidine pœnæ, sed d'le-
tione justiciæ; Ipsa enim vera, & summa libertas est.*

WITTEBERGÆ,
Typis M. Georgij Mülleri, Anno M. DC. XVI.

